



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvinct. XXI. Quibus donationes fieri non possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Quibus donationes fieri non possunt?

§. I.

Qualiter prohibeantur ultra debitum stipendium munera iudicibus?

- 1 Plures sunt persona quibus donationes recipere prohibetur.
- 2 Iudices ob administrandam iustitiam ultra debitum stipendium nihil per modum pretii recipere possunt, sique nulla receptio.
- 3 Cum iustitia est dubia non deest qui sentias posse pretium recipi, ut huic potius quam illi faueas.
- 4 Iniqua est hac receptio.
- 5 Quibus sunt munera interdicta.
- 6 Plures affirmant etiam iure communi inspecto esculenta & poculenta iudicibus prohiberi.
- 7 Contrarium afferunt alij & non absque probabilitate.
- 8 Iudicibus delegatis sedis Apostolica hac esculenta permititur.
- 9 Secus est de iudicibus delegatis ab inferioribus palati.
- 10 Ordinarius iudex quando procuraciones recipere valet.
- 11 Quando valet absque restitutionis obligatione esculenta gratis oblata recipere.
- 12 Quid iure regio Castella statusum sit.
- 13 Alicui placere possit non prohiberi notitia esculenta & poculenta.
- 14 Sed admittendum non est.
- 15 Munera quae iudicis animam mouere possunt corrigendum est prohiberi.
- 16 Non excusatur ex eo quod gratis sint oblata, neque ab ipso perita, neque ob alias causas.

comprehendi donata concubinae ob obsequia exhibita, aliaque bene merita, repeti posse quia haec non est donatio ob turpem causam, sed ob honestam, vt tradit Glossa. *fin. in dicta leg. 2. Gutierr. de iuram. l. p. 6. num. 11. Molina d. disp. 275. in fine.* Debent tamen in foro externo obsequia, & bene merita concubinae probari, ad cuius probationem non satis est donantis assertio. Vt colligitur ex *leg. qui testamentum. ff. de probationib. & resoluit Palacios Rubios in repetit. Rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 39. num. 13. Titaeque in leg. si vnquam. Cod. de reuocandis donat. verbo donatione lagitus. n. 23. & 24. Gutierr. de iuram. l. p. cap. 6. n. 12.*

4 Sic autem repetita militi non adiuuantur, sed sicut cum turpitudine in ea alienatione commiserit. vt in *leg. mulierem. ff. de his quibus vt indignis. & in leg. Lucius. ff. de iure fisci* probant Palacios Rubios. *dicto. §. 39. num. 9.* Anton. Gomez. *leg. 53. tauri. num. 68. in fine.* Gutierr. *dicto. cap. 6. num. 4.* Tamesti Gama *decis. 58. & noster Mol. disp. 275.* censent militibus esse adiudicanda.

5 Nomine militum armatae militiae quibus hoc priuilegium concessum est intelliguntur habentes quantitates, de quibus G. Olla in *leg. penul. ff. ex quibus causis maiores.* quique sunt in conflictu & expeditione belli. Sub his tamen comprehenduntur omnes equites, & commendatarij ordinum Sancti Ioannis, Iacobi, Alcantarae, Calatranae &c. quia vere ad prelium parati, expeditique sunt. Vt docuit Anton. Gomez. *dicta leg. 53. tauri. num. 68.* Gutierr. *cap. 6. num. 9.* qui *num. 10.* doctrinam extendit ad eos milites vulgo homines de armas qui parati sunt ad pugnam quoties a Rege fuerit imminutum.

6 Dubium tamen est an militibus spiritualibus scilicet Clericos hoc priuilegium extendatur? Negat Molin. *dicta disp. 275.* eo quod illud priuilegium militibus concessum sit inuitu saecularis militiae ne examinati redderentur Sed reliqui omnes Doctores, quos plena manu refert, & sequitur Palacios Rubios in *repetit. Rub. de donat. inter vir. & vxorem. §. 39. numer. 1. & seqq.* Anton. Gomez. *leg. 53. tauri. num. 68.* Didac. Perez. in *leg. l. tit. 3. lib. 1. ordinam. col. 98.* Roland. a Valle. *lib. 1. cons. 98. num. 1. & seqq.* Gutierr. *l. p. de iuram. cap. 6. num. 5. Vazq. opusc. de restit. cap. 7. dub. 3.* censent extendi debere. Quin imo Palacios Rubios. §. 38. & Anton. Gomez, & Gutierr. alij is relatis afferunt Doctorem, Licentiatum & Aduocatum dicto priuilegio gaudere.

§. III.

Quousque Religiosi donare ob turpem causam possint?

- 1 Remissum respondetur.
- 2 Qualiter satisfacere possit religiosus puella cui virginitatem abstulit?
- 3 Impotentia donandi non aduersatur, si nomine alterius donet.

1 DE donationibus, & contractibus, quos Religiosi in conuentu commemorantes, vel extra degentes, vel in episcopatu assumpti, aut a religione eiectione celebrare possunt, satis diximus, *tract. 16. de statu religioso, ibique disput. 3. punct. 19. num. 7.* reuoluimus alienationem factam in turpes vltus nullam esse, accipientemque obligari ad restitutionem, quod de religiosi qui a religione eiectione non sunt factur Molina. *tract. 2. disp. 276. in fine.* ex A. Bulen. *cap. 6. Martii. q. 37.* Quod ego etiam de eiectione exilium dicendum, cum nulla rationabilis causa adsit, ob quam censetur Ecclesia eam dominij translationem permittere. Maxime cum satis probabile sit non posse Praelatos Ecclesie eam alienationem ratam habere, cum ipsis vt potest dispensatoribus concessum non sit bona Ecclesie in vltus turpes, & iniquos expendere, non enim dissipatio, sed ministratio permittitur, sicuti praeter ibi citatos docet Paludan. in *4. disp. 15. quast. 3. art. 1. conclus. 4.* Palacios Rubios. *Rub. de donat. inter virum, & vxorem. §. 41. Vazq. opusc. de rest. c. 7. dub. 3.*

2 Cui doctrina non aduersatur; Religiosus cui facultas concessa est disponendi de aliquibus bonis, aut elemosynis ab ipso quaesitis in pia opera si puellas cui virginitatem abstulit satisfaciat, quantum prudentis arbitrio ea laeso aestimatur, & filiis inde susceptis alimenta praebet, quia haec omnia pia opera sunt, & posito peccato quasi necessaria. Vt aduertit Vazq. *opusc. de rest. cap. 7. dub. 3.*

3 Neque item aduersatur, Religiosus concubinae tribuens ea quae a saeculari accepit modo ea accepit vt darentur concubinae, quia eo casu non ipse religiosus donat, sed saecularis medio Religioso & in eius gratiam. Secus esset si religiosus ea pecunia concederetur, vt in quocumque vltus vellet eam expenderet, nam ex ea concessione cum fuerit religioso facta, monasterio pecunia acquisita est, ac proinde religionis ex vltus licentia in turpes vltus eam expendere valet. Vt recte notauit Vazquez. *dicto. dub. 3. Mol. tract. 2. disp. 9. §. si quid fornicaria.*

Sicuti plures sunt persona vt vidimus, quibus iure politico facultas donandi interdicitur, seu restricta est, sic sunt plures quibus facultas recipiendi donationes vel sublatam, vel coacta est. Nam generaliter omnibus iudicibus ac iustitiae ministris tam iure communi, quam Castellae legibus prohibita est munera recipio ob periculum violandi iustitiam, tamen illis permissum sit stipendia iusta a partibus accipere, cum illis designata non sunt.

Quod si ultra stipendia iusta sine a partibus sine a Rege oblata aliquid amplius per modum pretij accipiant ob ministrandam iustitiam nulla est receptio, obligatioque sunt dantibus reddere vt potest data absque titulo. Sicuti si pro titico aliae merce aliquid ultra pretium taxatum vellet sibi ab emptore concedi. Sicuti ex omnium sententia tradit Auendanno *de executio. mandor. c. 2. Mercado. in sum. lib. 6. c. 1. p. 6. post medium. Ioan. Medin. de restit. quast. 2. ar. 1. §. contingit. & q. 2. Couarun. reg. peccatum. 2. §. 3. n. 1. & 2. Nauarr. cap. 17. n. 13. Mol. tract. 2. disp. 83. per totum Vazq. opusc. de restit. cap. 7. dub. 6.*

Sed an cum iustitia est dubia, & potest iudex in fauorem vnus partis quae sibi magis placuerit sententiam ferre, accipere permittatur aliquid pretium, vt in vnus partis decernatur tamen de inflectat? Non caret difficultate. Nam Lessius. *lib. 2. de iustit. cap. 14. dub. 6. n. 64.* affirmat ipe iudex iure naturali licitum esse, quia eo casu non accipit iudex pretium pro iustitia ferenda, sed pro obligatione ad sequendam hanc partem potius quam aliam, quam sequi non tenebatur, tamen legibus id vetitum esse.

Ego vero existimo non solum legibus iuris communis & regni Castellae, sed ipso iure naturali huius stipendij & pretij receptionem iniquam esse & inuitam. Tum quia calus ferre est impossibile, nam si vtraque pars ius habet aequale non potest iudex vltus integram rem adiudicare, sed necessario eam diuidere tenetur, vt sic vtrique iuri satisfaciat. Sed calus gratis admissio, probatur manifeste non posse ultra stipendium sibi taxatum pro iustitia ferenda aliquid amplius accipere, vt hanc partem potius quam aliam sequatur quia hanc partem sequitur exercendo, & ministrando iustitiam, at pro iustitia ministratio iam habet taxatum stipendium, et ipso inuestit aliud accipit. Sicuti tradit Mol. *tract. 2. disp. 83. in fine. disp. 85. & apertius tradit Couarun. reg. peccatum. 2. §. 3. n. 1.* vbi inquit huius dati non concedi danti repetitionem. Secus vero si solum daretur vt negotium omni cura ac diligentia expediret absque huius, vel illius partis determinatione.

Seculo autem stipendio omnibus iudicibus sine ordinariis, delegatis, aliique iustitiae ministris, scribis, notariis, procuratoribus, aduocatis prohibita est munera recipio. Er quidem iure communi iudicibus tantum reperitur ea munera recipio prohibita in *leg. plebiscito. ff. de officio praesidis, & leg. solena. §. vlt. ff. de officio proconsul. & legati, & §. penult. in autem. vt iudices sine quoque suffragio fiant, & §. oportet in autem. de mandatis. princip. Quinimo neque ea prohibito videtur commoda cum in *dicta leg. plebiscito*, expresse exceptum sit etiam*

tum. & poculentum. quod infra dies proximos prodigatur. Idem. habetur in dicta leg. solent.

Quare solum est dubium an ob constitutionem Iustiniani in § penult. in Authent. ut iudices sine quoquo suffragio fiant & Soporet in authent. de mandat. princip. hanc eculenta & poculenta iudicibus prohibeantur? Affirmat huc relati a Menochio lib. 2. de arbit. cent. 6. casu. §. 17. num. 13. ducti illis verbis Iustiniani in dict. authent. ut iudices. ibi Nihil ab villo si aliquis ex fisco solemniter quisquis erit. aut si nihil ex fisco percipiant nihil ultra quam sacra statutum est constitutione percipiant. & ex illis verbis in authent. de mandat. princip. ibi Sed contentum esse solis à fisco tibi ministratis. At si aliquis eculentum & poculentum permittitur illa propositio negatiua nihil ab villo per episcopum. si quis si à fisco acceptis eculenti sunt. vera non erit.

Nihilominus secunda sententia pro qua Menoch. dicto casu. §. 17. n. 8. plures referens, affirmat iure communi non esse prohibendum iudicibus etiam acta causis iudicariis modica eculenta & poculenta recipere, maxime cum iudex vel nullum tenue salarium assignatum habeat: cui sententia adharere ipse Menoch. neque probabilitate carere videtur. Fundamentum est quia legibus conformationi debent, & quoad fieri possit eorum correctio. leg. sancimus. Cod. de testament. & leg. precipimus. Cod. de appellacionibus. At in dicta leg. plebsicito. & leg. solent permittuntur iudicibus eculenta & poculenta quae infra dies proximos consumi possunt recipere, ergo leges Iustiniani generaliter prohibentes numeram receptionem non de his eculentis, & poculentis intelligendae sunt, sed de illis muneribus, de quibus dicitur leges plebsicito. & leg. solent intelligebantur, cum posteriores leges dubie prioribus explicari debeant, leg. non est nouum. & leg. sed & posteriores. ff. de legibus. Praeterea ratio prohibendi munera quae est, ne donantes deperantur, & ne iudices corrumperantur non procedit in horum donatione, nam cum leuis & modica sit non possunt illius occasione donantes exanitari, neque iudicium in similitam partem inflecti. Sicuti explicat Lateranen. Concilium in cap. estis quae sitis de Simonia. dicens. Quod autem scriptum est, beatus vir qui excavit manus suas ab omni munere, de illis dictum est quae accipientis. animam alligere, vel peruertere solent. Quoniam se ipsa etiam persona electi offerat ordinarij vel consecratori suo electuarium vel de vino, sive de aliis inuimodi quae modici pretij fuerint, ex quo voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, non tamen Ecclesia Romana interpretari. consuetudine recipientem in his delinquere, vel donantem. Neque obstant verba illa negatiua Iustiniani nihil ab villo. &c. quia haec intelligenda sunt iuxta terminos habiles, & in iure receptos, nimirum nihil ab villo recipitur quod natum sit iudicem corrumperet, & donantem spoliarere. Secus est de his quae vere munera non reputantur, sed ad communem societatem, & vrbantem pertinent, vt optime explicat dicta lex solent. ff. de officio praesulis.

Quoad us canonicum attinet dubium non est iudicibus delegatis sedis Apolliticae hanc eculenta & poculenta permittere, cap. statutum §. super de rescriptis. n. 6. Si vero extra suum domicilium egrediantur vel causas iudicent possunt à partibus exigere quidquid in cibo, potu, & equitatu pro se & suis moderate intumunt. Sicuti habetur dicto cap. statutum. & ibi Gloss. ff. cap. cum ab omni de vira & honest. clericor. Quod si ad suum munus peragendum indiget à seipso, seu viri docti consilio poterit moderatum stipendium à litigantibus soluendum designare, vt in dicto cap. statutum. §. essetorum habetur. Si quis autem vicia receperit inhabilis ad eorum receptionem in dicto. cap. §. si quis redduntur. ideoque obligati sunt concensionis restituere eorum remissione non obstantia, si tamen facta restitutione reddiderint, dummodo aliter dolus, & delegatus suum fuerit, bene poterunt iudices se fieri donata retinere, vt ibi aduertit Glossa, quam sequitur Mol. tract. 2. disp. 84. circa finem.

Iudices vero delegati ab inferiore Pontificis tamen domicilium egrediantur praedictas expensas, & sumptus recipere à partibus non debent, quia cum ipse ordinarius subditorum causas tenetur nullo stipendio à partibus exacto iudicare, eandem obligationem habet, cum medio delegato decidere intendit. Neque partes consentite debent in ea delegatione, si grauauda sunt, vt tradit Gloss. d. e. statutum §. super. Panormit. in c. cum ab omni de vira & honest. clericor. Syluest. verbo iudex. n. 8. & 9. Mol. disp. 84. §. vtrum vero. Quod adeo verum est, vt etiam ordinarius ad subditorum causas decidendas assessoris indagar non possit litigantes cogere, vt stipendium illis concedat, sed ipse tenetur suis sumptibus ministrare, vt aduertit Gloss. Panormit. Syluest. & Mol. loc. cit.

Cum vero ordinarius vel alius nomine ipsius ad conservandas Ecclesias professioque procuraciones recipere permittitur. Vt habetur c. cum si de simonia. Et idem est cum ad visitandas Ecclesias suum domicilium egreditur. c. Roman. procuraciones de censibus. l. 6. de quibus late dixi tract. de excommunicat. ubi de excommunicat. consentis in 6. lib. decret.

Sed an ordinarius, cuiusque delegatus possit absque peccato obligationeque restituendi eculenta & poculenta modica gratis sibi oblata recipere? Non ita certum est, nam Syluest. verbo iudex. tract. de Castro, de iust. & iur.

d. q. 8. r. et plures affirmare, eo quod nulli libi imputatur hoc expresse prohibuit, neque vlla ratio specialis sit ob quam delegatus Pontificis id sit permittum, non vero ordinariis, eorumque delegatis. Sed in hac re censeo consuetudinem esse standum.

A ccedamus ad ius regum Castellae. leg. i. r. 6. lib. 3. recopilat. cauetur omnibus iudicibus, ne vicia salarium sibi assignatum aliquod munus sibi vel suis concessum accipiant. Et idem habetur leg. 8. eiusdem tit. & lib. 3. leg. i. r. 9. dicit lib. 3. & pro ministris iustitiae vulgo aliquos statutum est ne ab incarcerationis aliquod eculenti, & poculenti recipiant leg. 9. r. 23. lib. 4. noua collect. l. 1. ceter ab aliis leg. 2. r. eiusdem tit. & lib. haec recipere permittantur. Idem habetur in custodiis carcerum. leg. 5. r. 24. lib. 4. noua collect. & pro scribis seu notariis cautum est. lib. 4. r. 16. per plures leges. & r. 1. leg. 1. ne aliquid vicia stipendium à lege designatum etiam gratis oblatum recipiant, & quoad aduocatos est lex 19. r. 16. lib. 2. prohibens quidquam praeter stipendium debitum à litigantibus accipere.

Aliqui videbunt has leges non ita strictè intelligendas esse, vt eculentum, & poculentum infra paucos dies consumendum prohibeatur. Nam est expresse dicent nihil etiam in cibo & potu recipi posse, subintelligendum videtur, quod possit voluntate iudicis mouere, & litigantibus oneri esse, vt explicat Concil. Lateranen. in d. c. estis quae sitis. Maxime cum modica munera dolu non arguant, leg. si oleum in fine. & leg. id est ff. de dolo. Neque credendum est ob leue munusculum priuados esse iudices suo officio, & inhabiles reddendos ad quodlibet aliud, quae est poena apposta in leg. 5. r. 9. lib. 3. recopilat. & colligitur aperte ex his quae tradit Menoch. dicto casu §. 17. n. 22. & §. 99.

Sed in hac parte non sunt habende laxatae, ideoque tenendum, & 14 consumendum est debere iudices, aliosque supradictos publicos ministris ab omni munere etiam minimo abstinerere, vt aduertit Simancas de instit. catholice. tit. 34. n. 44. Auendaño lib. 1. prator. c. 2. n. 44. Azuuedo lib. 3. recopil. tit. 6. leg. 1. n. 17. & 18. & colligitur ex d. leg. 5. r. 9. lib. 3. r. 1. ibi. Orre si los corr. salares y alcaldes y jueces de las nuestras ciudades y villas, y lugares así los desuero como los de salario y así ordinarios, como delegados non sean osados de tomar ni tomar en publico ni escondido por si ni por otros dones algunos de ninguna ni de ningunas personas de qualquier estado o condicion que sean de los que ante ellos obieren de venir, o viniere a pleito, agora sean los dones oro, o plata, dineros, paros, vestidos, o iuandas, ni otros bienes ni cosas algunas &c. & cum in leg. r. 23. lib. 4. prohibuit sit carcerum custodiis aliquos &c. eculenta & poculenta recipere in leg. 2. r. eiusdem tit. & lib. haec in modica quantitate permittuntur, postquam in à sua potestate extierint, quae exceptio superflua esset, si in prohibitione generalis non comprehenderentur haec eculenta & poculenta.

Sed quidquid sit de his munusculis certissimum est omnibus iudicibus prohibuit esse recipere munera siue in pecunia siue in veste, siue in alimentis, aliare re apta mouendo animum. Quae haec sine prudentis arbitrio iudicari debet, vt pluribus firmat Menoch. d. casu. §. 17. n. 22. Sub his muneribus comprehenditur quae libet doni grauis promissio, tamen executioni mandata non sit, quia perinde est ac si donum datum esset. Vt probat Authent. iure in prin. Cod. de poena iudicis qui male iudicauit. & leg. iubemus. Cod. ad leg. Iuliam reuerentiarum. Quomodo perniciosior est promissio quam datio, nam dono accepto cum iam donatarius penitere non possit, libetor est iudex. Secus cum sibi donum promissum est, vt rectè tradit Fraacii. Aules, in tract. prator. c. i. verbo, promissa. n. 5. & 6. Menoch. casu 34. n. 28. Azuuedo. d. leg. 1. r. 6. l. 3. n. 18. & alij apud ipsos. Secundo comprehenditur cuiuslibet debiti notabilis remissio, quia haec quaedam est donatio, vt colligitur ex leg. 2. ff. de calumniis, & aduertit Menoch. dicto casu. §. 34. n. 33. Tertio dixit Bald. leg. 1. Cod. de calumniis. & l. 2. §. qui quis, Cod. si certum para. ur. quem sequutus est Grammatic. cons. 35. n. 8. in fine, & Ioan. Matien. in dialogo reator. c. 2. §. n. 1. Menoch. d. casu. §. 34. n. 34. contineri inuentionem pecunie ob presumptionem fraudis, praesumitur enim mutans vel donationem veram apparenti inuentione celebrare.

Neque ab hac iniqua receptione excusatur iudex eo quod donata & gratis oblata & ab ipso petita non sunt; factis enim est si ea accipias, leg. §. v. autent. Cod. de ra militari. Neque enim leges solam exactiorem, sed receptionem vetant. Sicuti tradant Bald. in authent. sed hodie. Cod. de episcopis. Felin. cons. tua nos in fine de homicidio. Ripa. tract. de pite. tit. de remed. ad curandam pestem. n. 13. Neuzanus. lib. 5. silua sup. alis. n. 97. Aules tract. prator. c. i. verbo nil lenarem. n. 3. quos refert, & sequitur Menoch. d. casu. §. 34. n. 37. Neque item excusatur ex eo quod iudex nihil faciendum promiserit, sufficit enim quod ipsa doni receptione se astrictum sentiat, & motum ad fauendum donanti, vt alios refert Menoch. n. 27. Neque item ex eo quod nihil fecerit eorum quae promissum. Vt habetur leg. & generaliter §. 1. ff. de calumniis. ibi siue fecit, siue non fecit tenetur. Non enim delictum constitutum est in effectu, sed in causa, scilicet in muneris accptione, vt aliis relatis docet Menoch. n. 30. nisi forte ipse iudex ante latam sententiam acceptum restituerit, nam eo casu dicitur nequit perfecte corruptus, Vt relato Baldo dicitur leg. & generaliter. Basso q. 153 n. 23. Romano singul. 318. Menoch. tradit.



Sed quia delectum inchoatur fuit tibi non parva ordinaria ceptur, arbitraria tamen puniendus est, vt recte resoluit Ioann. Martiuzo in *diuol. relator. & advocat. 3. p. c. 2. 5. in fine.* Menoch. 2. 32. Neque item excusatur eo quod donum acceperit ob ministrandam iustitiam, est enim iudici donis acceptis obsecrato periculum non leue iniustitiam pro iustitia reputandi. Vt docuit Bald. *conf. 2. 1. dicit. 5.* quem Boffius sequitur. *lit. de officialib. corruptis. n. 2.* Paris Puteus de *fructu uerbo corruptio.* Couarruu. *reg. peccatum 2. p. 3. n. 1.* Menoch. *d. causa 342. n. 19.* Neque denique excusatur, esto donum datum & receptum fuerit vt celerius negotium expediatur. Ob nullum enim finem honestari potest munus receptio. Sic plures referens Boetius. *q. 153. n. 2.* Menoch. *n. 2.* qui relato Couarruu. in *dicto. §. 3. n. 1.* cenlet hoc in euentu datum sepetere posse, neque esse locum. *leg. 2. §. ult. & leg. 3. ff. de condit. ob causam causam.*

§. II.

An teneantur in foro conscientia iudices, alii que ministri, quibus dona concessa sunt animo alligandi eorum voluntatem, vt intra limites iustitiae dantibus quoad fieri possit fauant restituere ante sententiam declaratoriam criminis?

- 1 De quo sit questio.
- 2 Non impeditur horum acceptorum dominium in accipientem transferri.
- 3 Non obest iuramentum.

1 **P**ramittimus id quod latius probauimus. *tr. 3. de legib. d. sp. 2. p. und. 8. n. 1.* non ex eo quod lex actum prohibuerit, eius valorem irritare. Quapropter et questio procedit, an de facto leges rum iuris communitis, tum canonici tum nostri regni translationem domini, impediunt munus receptionem prohibentes.

2 **Q**uia in re probabilius existimo non impediunt huiusmodi dominij translationem, quia irritatio actus, & dominij translatio inducenda non est, quin legibus fuerit manifestissime expressa, at nulla est lex in qua haec irritatio, & translati dominij impeditio continetur, vt expendunt leges erit manifestum, ergo. Atque ita docet Molin. *rr. 2. disp. 88. post med. Valq. episc. de restit. cap. 7. dub. 6. n. 61.* Rebell. *2. p. de obig. iust. lib. 18. q. ult. n. 5.* A qua doctrina excipienda sunt: quae recipiuntur a delegatis Sedi Apostolicae ultra praescripta in *cap. statutum de re scriptis in 6.* & a quocunque iudice ordinario, seu delegato visitante, de quibus in *cap. exigis de censib. lib. 6.* Vt aduertit Mol. *disp. 88. §. postsumus, & Rebell. supra. n. 3.* In nostro vero regno nullam video legem, quae hanc obligationem in foro conscientiae astruat, vt fatetur Mol. Rebell. & Valq. *locis citatis.* Neque probandum censeo exceptionem quam Valq. *supra* constituit de secretariis Regis. Nam esto *leg. 1. tit. 18. lib. 2. noue compilat.* dicatur, *sean obligados in foro conscientia las dichas penas, sin que mas sepan ni esperen ser condenados en ellas,* adhuc sententia saltem declaratoria criminis requiritur, quia illa verba in foro conscientiae non tantum ad reddendum munus acceptum, sed ad omnes alias penas ibi praescriptas extenditur, quas sine dubio exequi delinquens non tenetur ante criminis declarationem, vt late probauit *tract. 3. de legib. disp. 2. p. 2. per totum.*

3 **N**eque hic obstat iuramentum, quod iudices, & ministri publici praestant nihil ultra stipendium designatum recipiendi, quia ex hoc iuramento non redduntur inhabiles ad donati acquisitionem, tamen contra iuramentum recipiendo delinquunt. Quinimo esto iuramentum esset de non retinendo accepto (quod tamen non est) non obinde virtute iustitiae, & defectu dominij ad restitutionem obligantur, sed solum ex virtute religionis. Vt bene aduertit Mol. *disp. 88. §. illud admonerim.*

§. III.

An ex dispensatione regis possit aliquis licite munera accipere, & retinere?

- 1 Valide Rex se eximere potest ab obligatione sua legis.
- 2 Placet aliquibus iure naturali esse prohibendum.
- 3 Vera est sententia cum periculum adest ob eam receptionem, peruerendi iustitiam.
- 4 Requirit princeps stipendium augere tibi à partibus recipientium non aucto aliis eiusdem muneris.
- 5 Potest Rex iuramentum horum iudicum abrogare.

1 **N**on est dubium te posse à Rege saltem valide ab obligatione iure legis eximi. Nam ex eo quod voluntatem habeat ne sub ea lege comprehendaris ab illius obligatione exemptus es. Quare eo in euentu recipiens munera aduersus legem regiam non delinquit.

2 **S**ed ad aduersus legem naturalem delinquit? Difficultate non caret ob periculum quod ex muneribus acceptis insurgit indebitae iustitiam ministrandi. Ideoque Mercado in *sum. lib. 6. cap. 16.*

reputat hanc receptionem iure naturali tibi esse prohibitam. Placet tamen sententia Valq. *opusc. de restit. cap. 7. dicit. 5.* dicentis spectato iure naturali eam receptionem tibi esse prohibitam eo in euentu tantum quod fuerit periculum iustitiam indebitae ministrandi. Cum autem contingere possit (est raro) nullum adest periculum, sed te liberum, & expeditum esse, ac si munera non accepisses ad ferendum iudicium nequaquam eo in euentu recipiendo munera peccabis.

Ilud certius est non posse Regem stipendium tibi augere recipiendum à partibus non aucto stipendio aliis eiusdem muneris & officij. Nam si reliquorum labor & industria ad aequalitatem soluitur centum aureis, v.g. tuusque labor, & industria aliorum labori, & industriae praestantior non est, maiori summa digna non erit ac proinde iniuste & cum obligatione restituendi exigatur, pretium namque siue ex Rege, siue ex conuentione hominum omnibus rebus eiusdem ordinis aequali esse debet. Sic Mercado, & Vazq. *loc. cit.*

Ex his deciditur posse Regem iuramentum horum iudicum, & ministrorum abrogare, nam abrogatione seu dispensatione facta in lege, iuramentum corruit quod erat de illius obseruatione. Vt bene aduertit Vazq. *opusc. de restit. c. 7. dicit. 8.*

§. IV.

quae probatio sufficiat, vt iudex tanquam corruptus damnetur?

- 1 Per datorem munus probatio fieri potest.
- 2 Iure nostro regio tribus rebus singularibus plena probatio inducitur.
- 3 Quales debeant esse hi testes.
- 4 Probandum est esse omni exceptione maiores.
- 5 His rebus singularibus addenda est alia singularis.

Placet praedictis hanc questionem adicere, de qua *in 6. regia tit. 9. lib. 3. noua collecti.* ubi cum admittitur probatio tum per ipsum corruptum, & delicti socium tum per testes singulares. Nam esto iure communi spectato sentiat Menoch. alios referens. *lib. 2. de arbitrar. causa. 47.* in fine, hoc delictum non probari per iuramentum eius qui munera dedit, tamen hoc intelligendum est de probatione perfecta, at de imperfecta probatione dubium esse non debet per iuramentum eius qui munera dedit probationem confecti posse. Nam in his delictis quo etiam & ceteris committi solent, ideoque sunt difficilis probationis vi est praesens delictum, probatio que alioquin idonea non est idonea censetur ex doctrina Bart. in *leg. in illa stipulatione in 2. ff. de verb. obligat. quem ibi sequitur Iason. 17. & 18. adbo. que in nostro regno statuitur hoc delictum probari posse per iuramentum eius qui munera dedit non quidem perfecte, nec diu semiplene, sed imperfecte & aequaliter, additaque alia probatione que vitium praedictae supplet damnari poterit.*

Ob eandem causam statuitur in *dicta leg. 6.* tres testes singulares admitteudos esse ad plenam delicti probationem, nam esse regu are fit in plena delicti probatione saltem duos testes debere esse concordantes. *leg. ubi numerus ff. de rebus actum ob dilectum huius delicti probationem permittitur vt ea concordia numero testium suppletur, sicuti saepe eo numero testium suppletur, sicuti saepe eo numero qualitas testium suppletur teste Alexand. *conf. 5. lib. 1. Bernard Diaz. reg. 7. 46. fallent. 19.* Atque ita in praesenti notauit Auendaño. *tract. prator. l. 1. cap. 2. n. 15. Accedendo in d. leg. regia 6. n. 5.**

Hi autem testes singulares vt plenam fidem faciant debent esse omni exceptione maiores. Vt constat ex illis verbis. *Sine de las personas tales que entienda el qualo habiere delictar que son de creer.* Et merito sic statuitur cum debeat horum deponitio testimonium concordia suppleri, & iudici grauius delictum adhiberi. Neque huic maiori obstat, quod ipsi in Barataria interueniant, vt supponitur in *dicta lege*, dum modo procelemur nullum lucrum, nullamque commodum velle ex ea deponitioe, & in diebus condemnatione percipere. Sicuti aliis rebus docent Menoch. loquens de crimine viurae. *lib. 2. de arbitrar. causa. 43. n. 23.* Auendaño. *l. 1. prator. cap. 2. n. 19.* Azued. *dicta leg. 6. n. 16.*

Sed est graue dubium an maioritas testium probanda sit, vt supponenda, dum contrarium aliunde non constat. Alia videtur dictam maioritatem praesumendam esse eo quod quilibet presumatur legitimus & idoneus testis, dum contrarium non probetur. *leg. 1. ff. de testibus*, ideoque allegandi legitimam testium incumbit onus probandi. Signum igitur est ex se legitimam praesumi. Nihilominus in praesenti verissimum est iuramentum, & probandum esse testimonium legitimitate, vt ex rebus singularibus probatio plena & perfecta conleat. Sicuti tradit Auendaño. *c. 1. prator. n. 19. v. quarto ex vlt. l. 1. Azued. leg. regia 6. tit. 9. l. 3. n. 16.* Fundamentum est in cito quilibet praesumatur legitimus testis ad regulare probatione factis, dum contrarium non constat, sed non vt extraordinaria, & irregulare probationem praestitit enim sicut solo beneficio legis praestare quis valet, sic merito ipsa lex legitimam probationem praesumendam exigat, neque eodem est

omnino presumptione, vt ex doctrina Angeli in leg. 2. §. diem. quemadmodum restant. aperitur. docet Couarru. in cap. relatu. n. 2. §. 6. de testam. Hippolyt. in pract. §. quoniam. n. 5. §. 5. Zepola. conf. crim. 57. n. 7. Mathaus de Afflicis in consuetu. sicilia. lib. 2. Rub. 4. §. 6. vers. corripit. n. 3. in fine. Azevedo. dicta leg. regia. 6. n. 17. Præterea cum lex seu statutum exigat pro aliquo actus legitima præbatione aliam in testibus qualitatem ea probanda est vt prædicti Couarru. Azevedo, & Molina. lib. 2. de primogen. cap. 6. n. 29. §. 30. docent. Quod maxime verum est, cum ea qualitas pro forma, & conditione exigatur, vt contingit in præsentibus.

His tamen testibus singularibus addenda est aliqua alia præsumptio scilicet sententia opinionis, & famæ iudicis de recipiendis numeribus, vel de iniqua iustitiæ ministratio, vel de pecuniarum cupiditate, stipendiij indebiti exactio, & similibus vt delictum plene probetur, vt constat ex illis verbis. leg. 6. §. otrosi auentio oras algunax perfumciones y circunstancias, por que vca el luez, que es verdad loque dicen. alioquin his deficientibus ex testibus singularibus delictum plene non probatur. Vt aduertit Azevedo. d. leg. 6. n. 5. §. 19.

PUNCTVM XXII.

Quæ sit donatio remuneratoria, & quæ ad ipsam requirantur?

- 1 Donatio simpli. x. §. remuneratori a que?
- 2 Vt donatio remuneratoriæ subsistat, debent ex parte donatarij obsequia digna præstare.
- 3 Secundo debet donans expressere ob ea donationem præstare.
- 4 Debent in foro externo hæc merita probari.
- 5 Merita debent donanti æquialentia, & qualiter hæc æquialentia mensuranda snt.

Reuocanda est in memoriam quod sæpe dictum est aliam esse donationem simplicem, aliam remuneratariam. Simplex donatio censetur quæ ex mera liberalitate donantis procedit. Quippe in ea præstanda ducitur donans vel affectu donatarij, vel propria liberalitatis ostensione. Cui liberalitati non obstat, sed potius expedit maxime donatarium donationis benemeritum esse, vel ob singulares eius dotes, vel ob obsequia in donantem Remuneratoria vero donatio exigat vt donans in ea præstanda moneatur ob gratificanda obsequia sibi à donatario præstata.

Quocirca vt donans censetur donationem remuneratariam præstare, debent ex parte donatarij obsequia remuneratioe digna præcedere. Vt constat ex cap. relatum. 2. de testam. ibi dicitur seruiri meritiu & tradit Tiraquel. leg. si unquam. verbo donatione legitimus. num. 79. §. 80. Cod. de reuocand. donat. Sanch. lib. 6. de matr. lib. 6. de donat. lib. 6. n. 6. & alij plures apud ipsos, quia remuneratio supponit quod remunerandum est dignum remuneratione esse, aliàs non est remunerandum.

Secundo debet exprimeri se ob ea merita donare, aliàs non erit remuneratio cum non explicetur voluntas remunerantis, ab ea enim voluntate dependet esse donationem simplicem, vel remuneratariam, vt tradit Barbosa. leg. que dotes. 24. n. 56. §. 57. ff. soluto matrimonio. Tiraquel. leg. si unquam. verbo donatione legitimus. Cod. de reuocand. donat. n. 78. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 6. n. 3. Et eo autem quod illorum donationem præcesserint præsumitur in foro externo ob illorum remunerationem donationem fieri. Sicuti aduertit Mascard. de probat. conclus. 560. n. 10. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 88. n. 5. Guier. lib. 2. pract. 9. n. 10. in fine. Sanch. dicta disp. 6. n. 3. & colligitur ex leg. si vero. §. idem Papinianus. ff. mandati, vbi in gratiam libertatis receptæ præsumitur libertus consentire quod patronus. pretium sui fundi venditi recipiat. Tertio esto in foro conscientie donans credi possit se ob merita donatarij donasse, cum merita præcesserint, vt docet Nauar. cap. 57. n. 145. Guier. de iuram. 1. p. cap. 5. n. 18. Mol. r. ad. 2. disp. 244. §. quando constat. Sanch. dicta disp. 9. n. 3. At in foro externo non sufficit præcessisse merita, neque item donantem exprimeri ob ea merita donare, sed insuper requiritur vt hæc merita probentur teste Tiraquel. dicta leg. si unquam. verbo donatione. n. 89. §. seqq. Menoch. casu. 134. n. 1. §. seqq. Mascard. de probat. concl. 185. Quæ probatio qualis esse debeat arbitrio prudentis remittitur, cum à iure determinata non sit. Sicuti notat Tiraquel. loc. cit. n. 102. Mascard. & Menoch. supra.

Difficultas tamen est qualia merita præcedere debeant, vt donatio remuneratoria censetur? & omnes conueniunt debere donationem æquialentia, aliàs ea parte qua donatio merita excedere remuneratoria censetur non possit. Vt aduertit Tiraquel. leg. si unquam. verbo donatione. n. 80. Menoch. lib. 2. casu. 132. n. 4. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 6. n. 6. Dissentunt tamen Doctores in hac æquialentia assignanda, vt videre est in dictis Doctoribus. Nam alij omnimodam æquialentiam expostulant, quod nimis durum est, & alienum ab animo grato, & liberali, qui semper præmia largiora meritis reddit. Alij contenti sunt, dum modo res donata non excedat merita ultra dimidium, quod facillè refellitur vt potest

Ferd. de Castro. de iust. & iur.

nullo fundamento dictum. Quapropter retinenda est sententia quam pluribus firmat Tiraquel. dicta leg. si unquam. verbo de natione. n. 84. §. 86. Menoch. de arbit. casu. 132. n. 7. Mascard. 186. Sanch. d. disp. 6. n. 9. arbitrio prudentis relinquendum esse spectata conditione donantis, & donatarij, & causa ob quam donatur. Donatio namque quæ inter has personas ea causa interueniente communitur præstatur non excessiua, sed æquialentia iudicari debet.

Addit vero Pinel. lib. 1. d. bonis matern. 3. p. n. 81. §. 62. hæc merita donationi æquialentia eius conditionis esse debere, vt ius agendi, & petendi remunerationem pariant; aliàs non extrahunt donationem à pura & simplici, cum omnino voluntaria & liberalis sit. Sed merito ceteri omnes Doctores, vt videre est in Tiraquel. leg. si unquam. verbo donatione. n. 16. Cod. de reuocand. donat. Couarru. cap. cum in officio. n. 99. de testam. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 167. n. 31. §. seq. Iulio Claro. lib. 4. recept. §. donatio. 9. 3. Ioann. Garcia. tract. de donat. remunerat. Molina Iesuita. tract. disp. 244. circa med. §. disp. 292. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 6. n. 2. hæc Pinel. sententiam reprobant asserentes ad donationem remuneratariam non exigi debitum ex iustitia rigorosum, aliàs non esset donatio, sed solutio, neque exercitium liberalitatis, sed iustitiæ satisfactio, sed exigi tantum debitum ex honestate, & decentia, sicuti virum probum, & gratum decet. Quod sufficiens est vt donatio non censetur pura, & simplex, sed ob merita, tamen terminos liberalis donationis non egrediatur.

PUNCTVM XXIII.

De donatione insinuationem exigente.

§. I.

Quæ donatio insinuationem requirat?

- 1 Quæ sit insinuatio, & ob quam causam requiratur?
- 2 Quæ donatio insinuationem exigat?
- 3 Donatio excedens quantitatem præscriptam nulla est quoad excessum.
- 4 Forma insinuationis.
- 5 Sufficit quod donatio auctoritative iudici manifestetur, esto alia conditiones non obseruentur.
- 6 Facienda est coram iudice supremo illius loci.
- 7 Donatio excedens 500. solidos, quæ insinuatione indiget eodem tempore concepiti debet.

Insinuatio est manifestatio donationis iudici facta, quam manifestatorem merito leges expostulant in donationibus magne quantitatis, vt potè quæ maturus præstari debent, & ab omni fraude, & dolo seungi. iuxta leg. data. vers. primo ff. de Donationi. Quod autem de donatione dicimus idem intellege de promissione dandi, quia promissio efficax donationi æquialent vt bene aduertit Tellus Fernandez. leg. 22. Tauri. n. 24. ex Rogerio in leg. Modestinus. n. 21. ff. de donat. & colligitur ex d. leg. 22. Tauri.

Olim donatio excedens 300. solidos insinuatione indigebat, leg. sancimus. Cod. de Donationib. At in præsentibus leg. penult. §. vlt. Cod. eodem §. 5. alie autem insit. de Donatione. leg. 9. tit. 2. par. 4. ad 500. solidos extensa est. Quam autem quantitatem hi solidi comprehendant non satis constat inter Doctores, quorum opinionones referunt Anton. Gom. 1. 2. de contract. cap. 4. n. 6. Greg. Lopez. dicta leg. 9. Couarru. lib. 2. resolut. cap. 1. num. 3. §. lib. de veter. iur. inquit. collat. c. 6. n. 5. Petr. Duenn. reg. 224. in fine. Ioann. Guier. de iuram. 1. p. cap. 7. Mol. tract. 2. disp. 278. veteriorem existimo quæ affirmat quælibet solidum 500. marapetinos aureos comprehendere, & conuenienter donationem non excedentem octingenta scuta aurea sub lege insinuationis non contineri, vt ex præcisiatis Doctoribus colligitur.

Præstat lex insinuationem requirens vt donatio excedens prædictam quantitatem nulla sit, & nullius effectus, non quidem absolute & in integrum, sed quoad excessum, ita vt ea parte qua donatio 500. solidos, excedit nulla sit, & irrita, nullumque dominium transferat in donatarium etiam in foro conscientie, vt supponit ex communi sententia Guier. dicto cap. 7. initio. Gregor. Lop. leg. 9. tit. 4. par. 5. Duenn. reg. 224. in princ. Eman Saa. verbo donatio. n. 1 quia ratio prohibendi, & annullandi hanc donationem est non solum ob vitandum fraudis, & violentia periculum, quod in his donationibus interuenire potest, sed præcipue ne donantes indifferet, & impetuosè suis se bonis spolient. At quoad eam partem quæ summam præscriptam non excedit valida est, & firma donatio iuxta regulam, vtile per inutile non vitatur: & colligitur ex leg. si quis pro redemptione. §. ceteris Cod. de Donationib. §. leg. regia. 9. tit. 4. par. 5. & aduertit Guier. ex communi. 1. p. de iuram. cap. 7. n. 1. Matin. leg. 7. tit. 10. lib. 5. Gloss. 6. §. 1. Molina. disp. 278. initio. Lessius. lib. 2. cap. 18. num. 98. Gregor. Lopez. Duenn. Eman Saa. loc. cit. Barbosa. p. alleg. 95. num. 10.

Q. 2 Forma